



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1663.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**

In Gallia innovantur decreta adversus Hugonottas. Authores novæ sectæ illuminatorum jussi includi carceribus, 23 templâ hæreticorum in ditione Gebenensi æquata solo.

In Anglia detecta conspiratio plusquam decem millium conjuratorum adversus Regem Ducem Eboracensem, aliósque Ministros Regios, imò totam urbem Londinensem. Conjuratorum plerique erant Anabaptistæ, Presbyteriani, Quaceri, & alij hujusmodi furfuris homines.

Inter Anglos & Lusitanos pax perpetua sancitur : sed inter Lusitanos & Hispanos bellum recrudescit, & magna utrinque alacritate paratur.

Carolus Dux Lotharingiæ concedit Regi Franciæ ditioem suam certis conditionibus, quas tamen ejus propinqui vehementer improbant, & aperte impugnant.

Cosaki semel victores Moschorum bis ab eorum profligantur.

ANNO 1663.

Pontificii se armant contra vim Gallorū, quam terrâ marique ditioibus statūs Ecclesiastici minaciter ostentant.

Turcæ aggrediuntur Vivarium (Neuheusel)

heüfel) in Hungaria mense Augusto, & post  
obsidionem 6 hebdomadarum ad deditio-  
nem cogunt, magno rei Christianæ detri-  
mento; culpa maturatæ nimium deditio-  
nis rejecta in Forgazium urbis Præfectum.  
Parem sortem subierunt Nitria, Leventi-  
um & Novigradium, aliæque loca in Hun-  
garia superiore ignavia Præfectorum; cæ-  
pta inde à Tartaris Hungariæ & Austriæ va-  
statio & propagata in Moraviam usque &  
Silesiam; latius prolatusterror & in ipsis  
Germaniæ visceribus rrepidatum; repressi  
tamen fusique semel ac iterum à Petro &  
Nicolao Zriniis, egregiis Hungaris, Turcæ  
in finibus Croatiæ & Stiriæ.

Joannes Austriacus Archistrategus Hi-  
spanorum eripit Lusitanis post 6 dierum  
oppugnationem Eboram, quam tamen pau-  
lò post eisdem post insignem cladem rur-  
sum cedere cogitur.

Londini promulgatur edictum, ut exce-  
ptis famulis Reginæ omnes Catholici intra  
triduum ex Anglia, & intra octiduum ex  
Scotia & Hybernia excedant.

Oeniponti obiit Ferdinandus Carolus Ar-  
chidux Austriæ lineæ Tirolinæ, unica reli-  
cta filia Claudia, quæ postea Leopoldo Cæ-  
sari

feri nupsit, Successorem habuit in principatu Sigismundum.

ANNUS 1664.

**M**ense Februario dirempta controversia inter Alexandrum Pontificem, & Ludovicum Francorum Regem: Caput patrum, ut Pontifex Corsis à Sedis Apostolicæ militia perpetuo abdicatis, pacis integritæ memoriam in marmore Romæ extare procuraret; Rex vicissim Avenionem, & comitatum Vindascinum nuper Ecclesiæ ablatum eidem restitueret.

A Turcis expugnatur Zrinvarium; à Casarianis in Hungaria superiori sub Souchio Nitria, Leventium & alia nonnulla loca, in inferiore captæ Quinqueecclesiæ, exustus item pons ingens Esseckensis, Canisa tamen frustra tentatur.

Primo die Augusti secuta victoria insignis Casarianorum Duce Montecuculio de Turcis ad S. Gothardum, occisis cruenta strage Barbarorum sexdecim millibus, dum Arrhabonem fluxivum aut trajicere, aut fluminis transitum sociis sternere satagunt; victoria adscripta potissimum cataphractis Casarianis. Nec nihil egêrunt auxiliares Galli submissi à Rege Christianissimo sub  
Duci-